



Occasionalia *VI-179*  
potissimum carmina  
vol. Fafe. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Un. q.

*VI-179*

VOTIVI APPLAUSUS,

QVIBUS,

VIRUM SUMME REVEVERENDUM AMPLISSIMUM  
ATQVE EXCELLENTISSIMUM

D O M I N U M

JO. CHRISTIANUM  
BUCKIUM,

SS. THEOLOGIE LICENTIATUM,

PASTOREM TORGENSEM SPECTATISSIMUM ET CIRCUULI CIR-  
CUMJACENTIS EPHORUM GRAVISSIMUM,

QVUM

IPSI IDIBUS OCTOBRIS MDCCXV.

VITEBERGÆ SAXONUM

PUBLICE

DOCTOR THEOLOGIE

RENUNCIARETUR,

PROSEQVI VOLUERUNT

INCLYTI NOMINIS BUCKIANI

ADMIRATORES QVIDAM ET CLIENTES,

---

VITEBERGÆ SAXONUM

---

STANNO JOHANNIS LUDOLPHI FINCELII.





*Hæc est illa dies albis signanda lapillis,  
 Quo Tibi confertur, rite supremus  
 honor,  
 Conscendis cathedram, tinctam bom-  
 byce tiaram  
 Accipis, omne sonat: Maxime Doctor, ave!  
 Clamat Io populus, summoque applaudit honori  
 Munera quem mentis promeruerit Tuæ.  
 Ac ingens summos hos gloria reddit honores  
 Eusebie summum tradit amica gradum.  
 Ipse Tibi longam Pyliosque precabor in annos  
 Vitam, contingat sera senecta Tibi.  
 Tardus ad astra redi, capiant ut secula fructus  
 Doctrinæ multos Ingeniique Tui,  
 Interea nitido me semper respice vultu,  
 Palladiumque mihi, Magne Patrone, mane.*

Hisce Præceptori olim suo gravissimo jam Pa-  
 trono ac Fortunarum Amplificatori certis-  
 simo demillo animo fummos in Theologia  
 honores gratulatur

M. CHRISTIANUS SAMUEL CLARUS  
 Vitreb.

**T**ergeminos capiens, Amplissime Doctor, honores  
Verteris in sidus flammisque recentibus orbem  
Splendidus illustras & terras ignibus imples,  
Non secus ac alto qui fulget lucifer axe,

Nunciat atque diem cæloque novissimus exit,  
Utque solet Phæbus qui non sua lumina solus  
Possidet ac retinet lunæ quoque cornua replet:  
Sic Tu Cimmericas quoque mentibus excutis umbras,  
Tu monstrosas callem qui ducit ad ignea cœli  
Sidera luce Tua, multis Sol altus in umbra es.  
Appenninigenæ declives Tibridis undæ,  
Ante retro flectent cursus, & in ostia Nili  
Labentur, tacite refluet vel spumiger Albis,  
Quam splendor lumenque Tui post fata tegatur  
Nominis, illustras quos natos montibus altis  
Esse putes, silicesque gerunt sub pectore duro,  
Sæpe Tuis radiis & ferrea corda liquefcunt,  
Mollia flectuntur verbis, ut Hymettia cera  
Sole remollescit flammamque manumque secuta.  
Non ego, si plures Deus ora moventia linguas,  
Et fluxum venæ largum Pindumque dedisset,  
Eloquerer merita quæ sint virtutis honores.  
Dignus es Euboici convincere pulveris annos,  
Dignus & alipedis prævertere secula cervi,  
Nec minus Iliacam vita superare senectam,  
Sera sit illa dies & nostro tardior ævo,  
Quo Sol iste Tuus cedat terraque poloque.  
Ipse tamen cœtum purum dum fideris instar  
Collustras, aliquam quoque partem luminis hujus  
Mitte mihi, facieque precor, dignare serena.  
Finit iter cœlo Titan cum luce peracta,  
Littora post cursum Tarthesia pronus anhelat,  
Solvit equos rutilansque lavat sub gurgite ponti,  
Atque sequente die reparatis viribus exit:  
Sic post occasum surgens fulgentior ignis,  
Atque relucentes sidus primi ordinis ingens,

*His Patrono summos in Theologia honores  
demisse gratulatur*

**M. JOHANNES LAURENTIUS HENNE.**

**Q**uos Academia rite, placet manet impia turbae  
 Vox, adspersit honores, hos, Babylonis ab orco,  
 Papa dico, quod emanant, fac fulminis alis  
 Effugias, vites: id Bodensteinius olim  
 Deperit noster: Rabbi nemo, nisi Christus,  
 Audiat. Isthac scurra canit mendacia fingens.  
 Ad Christi comites haec tantum dicta leguntur.  
 Quae bona sunt, ut nos iussit sacrata tenere  
 Litera: sed remove simul carbone notata,  
 Dum mala sunt, atro: sic vel Babylonica quadrat,  
 Quae bona sunt, retinere diu. De iure malignis  
*Ανθρώπων ἐπιδύμασιν* adiiciendus & error  
 Est hic. Quos ideo celsi MODERATOR Olympi  
 Leucoreos meritos **TIBI, MAXIME SUMME PATRONE,**  
 Mittit honores, hos quia non spernis, quia causam  
 Haec faciens agis hanc nostram, caelestia curas.  
 Quam **DOMINUS** decorare fidem velit, & **TUA** vasta  
 Esse **DEUS** non praemia duntaxat, sed & umbo:  
 Fausa trahat secum, secum felicia portet  
 Quaelibet iste dies **TIBI**, consumatque malorum,  
 Quas soliti Python, homo sunt contexere noctes.

M. IO. BENI. REINHARD.

**J**am meritis venit ecce Tuis honor aequo in orbe,  
 Eusebie Doctis quem tribuisse solet,  
 Argelia proceres dotes videre celebres  
 Quos natura animo condidit alma Tuo.  
 Pastoris partes mandare & munera sacra,  
 Antistes pascas agmina sancta Dei,  
 Non secus ac Aaron ovium qui Pastor opimus,  
 Lumine sub cuius fulsit ubique fides.  
 Dignus Apellæ cuperunt quem fingere cera,  
 Palladia dignus. Phidiacaeque manu.  
 Te tamen Eusebie summo cumulavit honore,  
 Qui stabit donec terra polusque manent.

PAULUS ADAM HOFFMANN.



Mag. Dr. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P  
1077





VOTIVI APPLAUSUS,

QVIBUS,

VIRUM SUMME REVEVERENDUM, AMPLISSIMUM  
ATQVE EXCELLENTISSIMUM

D O M I N U M

JO. CHRISTIANUS  
BUCKIUS

SS. THEOLOGIE LICENT  
PASTOREM TORGENSEM SPECTATISSIMUM  
CUMJACENTIS EPHORUM GRAVIS

2<sup>VM</sup>

IPSI IDIBUS OCTOBRIS MD  
VITEBERGÆ SAXONUM  
PUBLICE

DOCTOR THEOLOGICUS  
RENUNCIARETUR  
PROSEQUI VOLUERUNT

INCLYTI NOMINIS BUCKIUS  
ADMIRATORES QUIDAM ET

VITEBERGÆ SAXONUM

STANNO JOHANNIS LUDOLPHI FINIS

